

hoc est: prospero favore et auxilio fluminis. — Fenestella Annalium lib. XXII (21): 'itaque ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adulescens et audax nec imparatus ad deicendum, contionibus adsiduus invidiam et Ptolomaeo simul, qui iam profectus ex urbe erat, et 10 Publio Lentulo consuli, paranti iam iter, cogitare secundo quidem populi rumore coepit'. — Ennius Annali lib. VII (261):

legio rediit rumore.

et (Ann. 263):

ruina

15

mox auferre domos populi rumore secundo.

INCIPIT PER S LITTERAM.

SVBLATVM, susceptum. Vergilius lib. IX (202):

Troiaequae labores

sublatum erudiit.

20

|| Sublatum dicimus remotum. Vergilius lib. XII (25):

sine me haec haut mollia fatu

sublatis aperire dolis.

M. Tullius in Philippicis lib. I (4): 'non modo regno, sed etiam regni timore sublato'. — Lucilius lib. XXX (125): 25 sublatus pudor omni', licentia, fenu' refertur.

5—12 Rum.—coepit; 21 Subl. d. rem.; 24—25 M. Tull. non—sublato.

8 C. om. *A⁴D⁴* || 9 imperatus *D⁴* (cum *G*) || dicendum *Ald.*: deiciendum || contionibus *Me.*: initionibus || absiduus *A⁴* || 9—10 cont.—Ptol. om. *D⁴* || invidiat et: *corr. Me.* || 10 ple-
meo *A⁴* || simul qui iam *L*: simul iam *A⁴D⁴*: qui iam *B⁴* ||
11 lentuloco consuli *A⁴* || parenti: *corr. Me.* || iam *secl. Mu.* ||
concitare *Me.* || 13 rediit *Vahlen.*: redditu || rum. secundo *Mu.* ||
fort. de legionis redditu 'ruina' etc. (rumore perperam scripto pro ruina nec deleta) || 14 et *addidi*: idem *Me.* || 15 ruinas: *corr. Mu.* || 17 om. *A⁴* || 19—20 labore subl. *L*: labores obl. *A⁴* ||
21 (haec)—23 cf. 319. 27 || 22 fatus *L¹A⁴* || 23 dolus *L¹A⁴* ||
24—25 regno, quod pertuleramus, sed *Cic.* || 26 l. f. referuntur *A⁴*: l. fenore fervit *Mu.*

385. 386 M.

M. Tullius de Officiis lib. III (38): 'sustulit quos opstare intellegebat'. || Sublatum, erectum. Vergilius lib. V (642):

sublataque procul dextra conixa coruscat.

30 Terentius Hecyra (506):

quia paulum vobis accessit pecuniae,
sublati animi sunt.

Lucilius lib. XXX (110):

hic ut muscipulae tentae atque ut scorpiu' cauda
35 sublata.

M. Tullius in Hortensio (45): 'eloquentia tueri, quam tu in caelum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses'. ||

1 SVFFICIT significat consuetudine sat est. Vergilius Aen. lib. XII (738):

idque diu, dum terga dabant palantia Teuceri,
sufficit.

|| Sufficit, subministrat. Vergilius in Aen. lib. II (617):

5 ipse pater Danaïs animos viresque secundas
sufficit.

|| Sufficit, durat. Vergilius lib. V (21):

nec nos obniti contra nec tendere tantum
sufficimus.

28 Subl. er.; 31—32 Terent. quia—sunt; 1 Suff.—est;
4—7 Suff.—durat.

28 optare || 28—29 cf. 327. 18 || 29 conexa codd. utrobique ||
33—35 cf. 181. 30 (s. v. tenta); 264. 12 (s. v. contentum) ||
34 hic om. A⁴ || tantae (-te) codd. h. l. || muscipula tenta
Lucil. ut vid. || 36 eloquentiam Iun. || * * * el. Mu. || 37 caelo
B⁴ || ascenderis: corr. Me. || sustulisse A⁴ (seq. s): -set L B⁴:
corr. Ald.: -sti Mu. || 2 diu dum] dudum || 3 sufficit L¹: suffi-
ciat rell. || 5 virosque A⁴ (non B) || 8 obliti L A⁴.

et lib. IX (810):

10

nec sufficit umbo

ictibus.

|| Sufficere, ab inficiendo. M. Tullius in Hortensio (23):
 'ut i qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam
 medicamentis quibusdam'.

15

SVSPENSVM, placidum, silens. Terentius in Phormione
 (866):

hóc ubi ego audiui, ád fores
 súspenso gradú placide ire pérrexi . . .

|| Suspensum dicitur alte ligatum. M. Tullius in Verrem
 (pro Rabir. 13): 'caput obnubito, arbori infelici suspen- 20
 dito'. — Vergilius lib. V (489):

quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.

|| Suspensum, sollicitum. Vergilius Aen. lib. II (114):
 suspensi Eurypyllum scitatum oracula Phoebi
 mittimus.

25

M. Tullius [in] Philipp. lib. VII (1): 'aberrat a
 sententia suspensus [a] curis maioribus'.

SPECIES dicitur effigies, facies. Livius Aegistho (7):
 iamne óculos specie laétavisti optábili?

11—12 Virg. nec—ict.; 19 Susp.—lig.; 22—23 Virg.
 quo—soll.; 26—32 M. Tull. aberat—imago.

13 S. mutare [ab] inf. *Mu.* || abiciendo *L*: ab infiendo *A4*:
 ab inficiendo *B4* || 13—15 cf. 521. 19 || 14 convivi *LB4*: con-
 cubibi *A4* || vo *A4*: volunt *L*: tuo *B4*: om. *E1* || sufficiunt
 (*Gen.*) vel -ciunt (*B*) *A4* || lanam *codd.* 521: sane *A4* (*cum E*):
 saneme (*seq. me*) *LB4* || 15 medicantis *A4* || 19 legatum *L1* ||
 19—20 M. Tull. in Verr. Frumentaria (*II, III, 57*) hominem
 corripí ac suspendi iussit in oleastro quodam. idem pro Ra-
 birio caput obn. *Quich., Mu.* || 20 arbor inf. || 20—21 suspendit
A4 (*cum E*): suspenditur *rell.* || 21—22 V ut quo *L* || 26 in
 om. *L1* || aberat || 27 a om. *codd.* *Cic.* || 28—29 cf. 132. 29
 (s. v. laetare) || 29 laetaviri (*let.*) *codd. h. l.* || obtabilis *D4*.

30 || Species, factum, spectaculum. Vergilius in Aen. lib. II (407):

non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus.

|| Species, imago. M. Tullius de Officiis lib. III (12):
'cum sit is, qui id solum bonum iudicet quod honestum;
quae autem huic repugnent specie quadam utilitatis'.

35 || Species, pulcritudo. Varro Eumenidibus (119):

quae cāsta vestis, aetas quae aduliscēntium?
quae tēneris species?

SEGNE dicitur tardum. Vergilius in Georg. lib. III (42):

en age, segnes

40 rumpe moras.

1 || Segne, dissimile. || Vergilius Aen. lib. IV (149):

haut illo segnior ibat

Aeneas.

SALTVS consuetudine a saliendo dicitur. Vergilius lib. IX (815):

5 tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
in fluvium dedit.

|| Saltus, campi spatium. Vergilius in Georg. lib. III (143):
saltibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina.

10 SVBIECERE est subtus iacere, subponere. Vergilius Georg. lib. IV (303):

et ramea costis
subiciunt fragmenta.

26—32 M. Tull. aberat—im.; 34—35 M. Tull. quae—pulc.;
38 Seg. d. tar.; 1—4 vel diss.—dic.; 7—8 Sal.—pascant;
10—13 Subi.—fragmenta.

33 tum || quia || id solum] his (pro i. s., i. e. id solum?) ||
hon. sit *codd. Cic.* || 34 autem (*Gen.*) vel cum (*B*) *AA*: cum *DA* ||
huc *AA DA* || 35—36 (ves.) cf. 267. 12 (s. v. castum) || 37 tene-
bris *AA*: generis *Mu.* || 38—40 cf. 33. 19 || 39 in age *LA* ||
4 VIII || 7—9 cf. 389. 25; 531. 21 || 8 pascant *DA* || plana *L.*

et lib. XI (812):

caudamque remulcens 15
subiecit pavitantem utero.

M. Tullius in Philippicis lib. II (51): 'cervicisque
suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis
occiderunt'. || Subiecere, susum iacere; excrescere.

Vergilius in Bucolicis (X, 74):

quantum vere novo viridis se subiecit alnus. 20

et in Georgicon lib. IV (385):

ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.

et lib. XII (287):

aut corpora saltu 25
subiciunt in equos.

SERVARE, liberare. Vergilius Aen. lib. III (209):
servatum ex undis Strophadum me litora primum
accipiunt.

|| Servare dicitur custodire, tueri. Vergilius in Aen.
lib. II (702):

servate domum, servate nepotem! 30

et lib. VII (52):

sola domum et tantas servabat filia sedes.

|| Servare, sollicite et suspiciose observare. Lucilius
lib. XXX (24):

quid servas quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?

Plautus [in] Asinaria (805):

tuu' sérvus servet, Vénérine eas det án viro. 35

19—20 Subi.—aln.; 26—27 Serv.—und.; 29 Serv.—tu;
33—34 Serv.—ad te.

19—22 cf. 169. 5 || 34 id om. *AA DA* || 35 in om. *L* ||
36 vero.

Vergilius in Georgicon lib. I (335):

quod superest, caeli menses et sidera serva.

quod est Menandri (880 K.):

40 *τηρῶ τὸν Δία*
τὸν αἰγλόχον.

|| Servare, inhabitare, possidere. Vergilius Georg. lib. IV (383):

centum quae silvas, centum quae flumina servant.

et (Georg. IV. 458):

1 inmanem ante pedes hydrum || moritura puella
servantem ripas.

|| Servare, tenere. Vergilius lib. VII (179):

curvam servans sub imagine falcem.

5 SVPREMVM significat extremum. Vergilius lib. XI (61):

qui supremum comitentur honorem.

|| Supremum, susum, altum. Vergilius [in] Georg. lib. IV (460):

clamore supremos
inplerunt montis.

10 Terentius in Adelphis (196):

pró supreme Iúppiter!

Plautus Amphitryone (1127):

út Iovis suprēmi multis hóstiis pacém petam.

42—43 Serv.—serv.; 5 Supr. s. extr.; 7—11 Supr.—Iupp.

40—41 *τηρωτοναιατον (von LB4) τατιοχα: corr. Turneb. Adv. XXIX, 2: τ. τ. Δ. ὄντα πολλῶ Porson.* || 42 in Georg. B⁴ || 1 cf. 323. 15 || 3—4 cf. 329. 11 || 7 rusum Mu. || in om. A⁴ || 10 Supremum, summum add. Mu. (ex Serv. ad Aen. VII, 49) || 12—13 cf. 460. 17 || 13 hostis codd. h. l. || expetam codd. 460 (cum codd. Pl.).

SAEVVM, iratum. Vergilius Aen. lib. I (458):

et saevum ambobus Achillen. 15

|| Saevum dicitur inmite. Vergilius Aen. lib. I (4):

saevae memorem Iunonis ob iram.

Lucilius lib. XXX (10):

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis.

idem lib. XXVI (23): 20

quódque te in tranquillum ex saevis tránsfers tempestátibus.

|| Saevum, forte. Vergilius Aen. lib. I (99):

saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector.

|| Saevum, potens. Vergilius Aen. lib. I (138):

non illi imperium pelagi saevumque tridentem, 25
sed mihi sorte datum.

|| Saevum, durum. Vergilius lib. V (270):

cum saevo e scopulo multa vix arte revulsus.

Lucilius lib. XXX (29):

idque tuis factis saevis et tristibu' dictis. 30

SVPERARE est vincere. Terentius in Eunucho (231):

súperat ipsam Tháidem.

Vergilius in Bucolicis (V, 9):

quid si idem certet Phoebum superare canendo?

|| Superare, abundare. Vergilius in Georg. lib. I (189): 35

si superant fetus, pariter frumenta sequentur.

14 Saev. ir. vel inmite; 15 Virg. et—Ach.; 27 Saev. dur.;
31 Sup. e. vincere.

17 memoris *L*¹*A*⁴ || 18—19 cf. 285. 7 (s. v. durum) || 21 te in tran. *E* (cum *B*): te in te in tran. *rell.* || *evis* *L*¹*A*⁴ || transfer: *corr. I. Douša, Me.*²: transfert *Me.*¹ || 29—30 cf. 409. 9 (s. v. triste, crudele, inmite) || 30 itque *L*: idque *B*⁴: aquae *A*⁴: utque *E*: itaque *codd.* 409 || saevus *A*⁴ || 32 haec s. *Ter.* || 34 quod *L*¹*A*⁴ || certe *L*¹*A*⁴ || 36 si *om. A*⁴ (*non B*).

|| Stratum, placatum, lenitum. Vergilius in Bucolicis 15 (IX, 57):

et omne tibi stratum silet aequor.

|| Stratum, tectum. Vergilius in Georgicon lib. III (297):

et multa duram stipula felicumque maniplis
sternere subter.

et Aen. lib. IX (666):

20

sternitur omne solum telis.

|| Stratum, conpositum, structum. Vergilius in Aen. lib. I (422):

miratur portas strepitumque et strata viarum.

SECUNDVM est numero aut ordine secundum. || Secun-
dum, iuxta. Vergilius in Georg. lib. III (143):

25

salibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina.

|| Secundum, prosperum. Vergilius lib. X (502):

et servare modum, rebus sublata secundis.

M. Tullius de Officiis lib. I (90): 'sic homines 30
secundis rebus effrenatos sibi que supra' * * * Terentius
Heautontimorumenos (230):

si mihi secundae res de amore meo essent.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 23):

'scriptum erat equestre proelium valde secundum, in his

14—15 Virg. stra.—len.; 16 Virg. stra. s. aeq.; 22 Stra.
co. ex.; 24—25 Sec. est—iuxta; 28 vel prosperum; 32 Ter.
si—essent.

16 (et nunc o. B cum Verg.) || 18 multarum st.: (corr. B) ||
que om. AA (non B) || 19 sub. humum Verg. || 20 VIII LB⁴ ||
22 structum L: exstructum rel. || 23 (stre.—vi.) cf. 420.12 || 24 ord.
secutum Mu. || 25—27 cf. 387.7; 531.21 || 31 sibi que prae-
fidentes Cic.: sibi que supra quam licet fidentes (?) Mu. || 34 in
illis scr. (?) Mu. || equestrem (aeq.) L¹ AA.

- 35 autem potius adversum'. || Secundum, lene vel placidum. Vergilius Georg. lib. III (447):

mersusque secundo defluit amni.

- SVBMISSVM significat humile. M. Tullius de Officiis lib. I (124): 'neque submissum et abiectum neque || se ceferentem'. — Vergilius Aen. lib. III (93):

submissi petimus terram et vox fertur.

- || Submittere, subdere, subponere. Lucilius lib. XXVIII (11):
5 submittas alios, síquos possis, cénseo.

|| Submittere, admittere. Vergilius in Bucolicis (I, 45):
pascite, ut ante, bovis, pueri, et submittite tauros.

idem in Georg. lib. III (73):

tu modo quos in spem statues submittere gentis.

- 10 SEVERVM, triste. Varro Eumenidibus (123):

tertía Poenarum

Infámia stans nixa ín vulgi
pectóre, fluctanti intónsa coma,
sordída vestitu, oré severo.

- 15 || Severum significat grave, censorium. Vergilius lib. VIII (638):

Romulidis Tatíoque seni Curibusque severis.

35 Sec.—plac.; 37 Subm. s. hum.; 4—5 Subm.—possis;
6—7 Subm.—taur.; 10 Sev. tr.; 15 vel grave.

35 VI *L*¹ *A*⁴ (non *B*) || 36 mersatur missusque *Verg.* || 1 et abi.] aetale et || 2—3 *cf.* 367. 14 || 3 (fertur ad aures *B* cum *codd.* 367 et *Verg.*) || 5 censeas (*seq. s*): *corr. I. Dousa: -am Quich.* || 6 dmittere *L*¹ ut *vid.*: *dem. A*⁴ *B*⁴: *dim. D*⁴: *corr. Quich.* || 7 (et *om. B* cum *codd. Verg.*) || (submittite et auros *Gen.*¹) || 9 statuis || 11 Insania *Roeper.* || 12 nexa: *corr. Bue.: fixa Mu.* || 13 fluctuanti: *corr. Ribb.* || 15 VII.

|| Severum, asperum, trucem. M. Tullius in Hortensio (90): 'aliud ex silvis severum et triste'. — Vergilius lib. VII (713):

qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum.

|| Severum, saevum, inplacidum, vitabile. Vergilius in 20 Georg. lib. III (37):

Invidia infelix Furias amnemque severum
Cocyti metuet.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium'. 25

SOLVERE usu significat enodare. Vergilius lib. VII (403):
solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.

|| Solvere, debitum reddere. Sallustius in Catilinae Bello (33, 2): 'argentum aere solutum est'. — M. Tullius in Verrem, Divinatione (32): 'pro quo frumento pe- 30
cunia omnis soluta non est'. Solvere, dimittere.

Vergilius Georgicon lib. III (64):

solve mares, mitte in venerem pecuaria primus.

|| Solvi, a curis liberum esse. Vergilius Georg. lib. II (386):
risuque soluto.

idem Aen. lib. I (562):

35

solvite corde metum, Teucri.

17—18 Sev.—tri.; 20 Sev. sae. inplacidum; 22—23 Virg. amn.—Cocyti; 26 Solv.—enod.; 28 Solv. deb. redd.; 30—31 M. Tull. pro—dim.; 33 Solv.—esse; 36 Virg. solv.—Teucri.

17 truce (?) Mu. || 17—18 cf. 409. 20 || 18—19 cf. 181. 12 ||
19 tetrice Mu. || horrentis E¹: orentis A⁴: orantis L B⁴ ||
rumpes A⁴ (non B) || sev. (adiect.) Mu. || 24—25 cf. 326. 15 ||
25 in f. codd. 326: inquit f. L¹: inquo f. A⁴: inquit (-id)
in B⁴ || 31 admittere Quich. (cf. ad v. 6) || 31—32 cf. 348. 18;
433. 22 || 33 Solvere: corr. Quich. || curiis L¹ A⁴ (curtis Gen.¹:
curis Gen.² B) || 36 metuo L¹.

390. 391 M.

|| Solvere, contempnere, despicere. Vergilius Aen. lib. IV (55):

solvitque pudorem.

|| Solvere, excipere. Vergilius lib. X (111):

40 nec populos solvo. ||

1 SUPERBVM, adrogans, truculentum, asperum. Vergilius in Aen. lib. III (326):

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum.

idem lib. X (514):

5 caede nova quaerens. te, Turne, superbum

|| Superbum, vitabile. Vergilius lib. VIII (196):

foribusque adfixa superbis
ora virum tristi pendebant pallida tabo.

10 || Superbum, elatum, altum. Vergilius Georg. lib. III (117):

et gressus glomerare superbos.

idem lib. VII (630):

Atina potens Tiburque superbum.

|| Superbum, ornatum. Vergilius Aen. lib. II (504):

15 barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere.

|| Superbum, opulentum. Vergilius lib. IX (324):

simul ense superbum

Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
20 extractus.

1 Sup.—asp.; 5—6 Virg. te—quaer.; 10—11 Sup.—sup.;
14 Sup. orn.; 17 vel opulentum.

37 om. Verg. Aen. (Gen.) vel Aen. (B) A⁴ || 40 (Rutulos B cum Verg.) || 2—3 cf. 405. 23; 407. 15; 458. 28 || 3 stirpes ach. fatus L¹ A⁴ || 4—6 cf. 240. 32 || 10—11 cf. 106. 26; 295. 23; 330. 18 || 13 uina: (corr. B) || potentibusque A⁴ (non B) || 18—21 om. A⁴ (propter homoeotel.; cf. ad v. 21) || 19 (qui)—20 cf. 542. 12.

|| Superbo, iniquo. Vergilius lib. VIII (118):
quos illi bello profugos egere superbo.

STARE consistere omnium consensu dicitur. Vergilius
[in] Georg. lib. III (84):
stare loco nescit.

25

Plautus Amphitryone (276):
ita statim stant signa omnia.

|| Stare iterum horrere significat. Titinius Veliterna (144):
atque illud ante partum comedit; fundi stabunt sentibus.

Caecilius Syracusiis (219):
hic amet, familiae fame pereant, ager autem stet sentibus?

30

Vergilius Aen. lib. XII (407):
iam pulvere caelum
stare videt.

|| Stare, erigi, prominere. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 103): 35
hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
pectore marmoreo.

|| Stare, fidem habere. M. Tullius de Officiis lib. III (95):
'facere promissa, stare conventis, reddere deposita'.

|| Stare, valere et constare et fixum esse. Varro Flax- 40
tabulis, περί ἐπαρχιών (178): 'atque si addam, quanti
misericordia mea heredibus meis stet, quot miseros sub-
levaverim'. — Vergilius lib. X (467):
stat sua cuique dies.

23 Sta. consi. dic.; 35—37 Sta.—marm.; 40 Sta.—esse.

21—22 cf. 243. 22 || 21 VIII L (cf. ad v. 18) || 22 pro-
fugus L¹ A⁴ || ex genere L¹: exgerere ut vid. A⁴ (non B)
24 in om. A⁴ || 26—27 cf. 393. 13 || 27 stant codd. 393: ad
29 partu A⁴ || 31 fame familiae Mu. || 34 vident Verg.
35 XXVIII A⁴ (XXVII B) B⁴: XXVIII L || 38 fd. servare Mu.
39 astare (praec. a) B⁴: adstare A⁴: asstare ex ads. L
41 quanta: -ti Gulielm.: -to Quich. || 42 quod.

et lib. II (750):

46 stat casus renovare omnes.

1 || Stat etiam plenum || est. Lucilius Satyrarum lib. V (4):
interea stat sentibu' pectus.

Vergilius in Bucolicis (VII, 53):

stant et iuniperi et castaneae hirsutae.

5 Varro Eumenidibus (126):

denique avarus

quî sanust? cuii stet terrai traditus orbis:
furando tamen, ac morbo stimulatus eodem,
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.

10 Sisenna lib. IX (130): 'caelum caligine stat'.

SPISSVM densum dicimus. Vergilius in Georg. lib. II (234):

sin in sua posse negabunt

ire loca et scrobibus superabit terra repletis,
spissus ager.

15 || Spissum significat tardum. Cicero de Oratore lib.
II (213): 'et principia tarda sunt et exitus tamen spissi
et producti esse debent'. — Caecilius Dardano (25):
nihil spei ego credo: ómnis res spissás facit.

Titinius Gemina (54):

20 longús sérmō habétúr; revórtétur spíssá.

45—1 Virg. stat—est; 10—11 Sis. cael.—dic.; 15—17
Spiss.—deb.

44 est $L A^4$ || 2 'Lucilius, stat sentibus fundus' Donat. ad
Ter. Andr. IV, II, 16 || 6—7 d. q. sanus est av.: corr. Oehler.,
Mu. || 7 qui E (cum Cant.): quis (seq. s) rell. || cui stet (cui
est et B) A^4 : cui si stet $L B^4$ || terrai Lachm.: terra id (seq. t) ||
8—9 cf. 264. 20: (s. v. cogere, conradere) || 8 a Lachm. comm.
Lucr. p. 85 || 12 sic $L^1 A^4$ || nagabunt A^4 || 13 superavit: (corr.
B) || repletus $L^1 A^4$ || 15—17 Cic.—deb. Sp. sign. tard.: transp.
Quich. || 15 tarde: corr. Guetus || 16 tardano A^4 || 18 n. e. spei cr.
 $L B^4$: n. rei e. cr. A^4 (spe Caecil; cf. Class. Rev. X, 425).

Afranius Incendio (196):

itaque spissum videtur fieri, non possum domi
meum virum expectare, quem mihi studeo iamdudum dari.

idem Matertera (210):

quod defessa expectando domi
sedi, quod spisso venire visu's tu, Mani, mihi. 25

Plautus Poenulo (791):

eheu, quom ego habui hariolos, aruspices?
quia quid bene promittunt, persippo evenit;
id quod mali promittunt, praesentariumst. 30

Naevius Gymnastico (59):

at enim tu nimis spisse atque tarde incedis.

Turpilius Canephoro (9):

ita est. verum haut facile est venire illo, ubi sita est Sapiencia:
spissum est iter; adipisci haut possis, nisi cum magna miseria. 35

Varro Mysteryis (332): 'nascimur enim spissius
quam emorimur. vix duo homines decem mensibus edolatum
unum reddunt puerum; contra una pestilentia aut hostica
acies puncto temporis inmanis acervos facit'. — et
Periplu lib. II, περί φιλοσοφίας (418): 'et ne erra- 40

28—30 Plaut. arusp.—praes. est.

22 itaque om. E || sp. mihi vid. Bue.: sp. cum vid. Mu. ||
possum B⁴ (cum E): possunt L A⁴ || 24 -teris Passerat. || 25 quae
def. Mu. || expectando L (cum G): spectando A⁴ || 26 (quo B):
quom (?) Mu. || visum est mani mihi: corr. Mu. || 28 quam ||
29 quia quid L B⁴ A⁴ (quia qui B): quod D⁴: qui siquid (-it)
codd. Pl.: quidquid Mu. || boni Itali apud Pl. || evit A⁴ ||
29—30 persp.—prom. om. codd. Pl. || 30 id quid L A⁴: id quod
B⁴ D⁴ || praesentarium est (-riist) codd. Pl.: praesentari est (-ie
est D⁴) || 34 ita. v. Ribb. || aut: corr. Bentin. || illi: corr. Lips. ||
si ita est L¹ ut vid. A⁴: spissa est B⁴: (corr. B) || 35 apisci
Ribb. || aut: corr. Lips. || possis Lips.: posse: potis est (?) Mu. ||
36 Var. add. Ald. || enasc. Mu. || 37 quam memorimur A⁴ (non
B) || 38 aut hostica Laurenberg.: austica || 39 puncta: corr. Ald. ||
40 et ne L ante corr. B⁴: et pe (ET ΠΕ) L ex corr. A⁴.

392. 393 M.

- 1 remus, || ectropas esse multas; omnino tutum esse, sed spissum iter'. — Pacuvius *Hermiona* (179):

. hábet hoc [senectus] in se cùm pigra est ipsa, út videantur cónfieri spisse ómnia.

- 5 STATIM mox dicitur. Cicero in *Verrinis* (II, II, 19): 'statim Messana litteras dedit, ut Alesinus ad se Dio continuo veniret'. || Statim producta prima syllaba, a stando, perseveranter et aequaliter significat. Terentius (*Phorm.* 789):

bina talenta

- 10 capiebam statim.

Plautus *Amphitryone* (239):

néc recédit locó quín statím rém gerát.

idem in *eadem* (276):

ita statim stant signa omnia.

- 15 Ennius *Aiace* (17):

. . qui rem cum Achívis gesserúnt statim.

Afranius *Augure* (10):

quamquám non istis éxercetur ín locis,
hic nóster delabórat cum puero statim.

- 20 SUPERSTITES dicimus qui supersint mortuis. || Superstites veteres ponebant incolumes. Terentius *Andria* (487): deos quaéso ut sit supérstes.

3—4 Pacuv. hab.—sp. o. v. conf; 20—22 Sup.—sup.

1 extropas *LA*^A: exstrophas *B*^A: *corr. Iun.* || totum: *corr. Iun.* || 3 senectus *B*^A: *om. LA*^A *D*^A || in sese *Ribb.* || 4 ipsa c. p. e. *Ribb.*: ipsa c. pigret *Mu.* || ita *A*^A *D*^A || ut sp. o. videantur (-atur *G*) conf.: ut ei v. sp. c. o. *Mu.* || 5—6 (*II, I, 27*) st. Mess. litt. ded. et (*II, II, 19*) statim Messana litteras Alesam mittit ut *Mu.*, *Quich.* || 6 -anam (mecs-*L*¹, mets-*A*^A) || 8 perseveram herede qualiter *LA*^A || 9—10 *cf. 254. 5* || 9 tal. argenti bina *Ter.*: latent argenti moenia nam *codd. 254* || 10 statim capiebat *codd. 254 (cum codd. Ter.)* || 13—14 *cf. 391. 26* || 14 ita *om. E*¹ || 16 achibidis *A*^A || 19 puer: *corr. Quich.*: puera *Ritsch. Opusc. IV, 274* || 20 supersunt *D*^A (*cum B*).

Plautus Asinaria (16):

sicúti tuum vis únicum natúm tuae
superésse vitae sóspitem et supérstitem.

25

Vergilius lib. X (47):

liceat superesse nepotem.

Accius Alcimeone (59):

suós deseruit líberos supérstites [sunt].

SPVRCVM, saevum vel sanguinarium. Afranius Diuortio 30
(57):

muliér; novercae nómen huc adde ímpium:
spurca gingi † vestigia aut dici potest.

Lucilius Satyrarum lib. IV (15):

Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque:
cum Pacedeiano componitur, optimu' multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

35

Afranius Fratriis (164):

cónmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam ínprobi. ||

24—25 Plaut. unicum—sup.; 30 Spur.—sang.; 34—35
Lucil. Asern.—homo.

24 (sicut *Cant.*¹ *H*¹ ut vid. cum *codd. Pl.*) || tum || 26—27
secl. Mu. || 29 sunt *del. Both.* || 32 vestigi aut *A*⁴: vestiga aut
*L*¹: vestigia aut *B*⁴ || spurci ingeni (*Both.*) vestigia haut dici
petes *Mu.*: spurca magis gigni bestia aut dici hau potest
C. F. Mueller.: spurca gingivast, gannit hau dici potest *Ribb.*:
fort. spurca gingiva est, Stygia—haut dici potest || 34 *Aes.*
Cic. Tusc. II, 41: aserninus || flacco fuit quidem sam. *D*⁴ || munere
Turneb. Adv. XXIX, 2: unae (*praec. m.*) || quidam *LB*⁴: quidem
*A*⁴ *D*⁴ || 35—37 cf. 257. 19 (s. v. componere) || 35 ista *codd.* 257 ||
36 pacideiane (-nec) *codd.* 257 || 37 natus *codd. h. l.* || 39 furta
Mu. || spurcitia: *corr. Iun.*

1 idem Divortio (52):

o dígnum facinus! ádulescentis óptumas,
bene convenientes, concordés cum vireis,
repén-te viduas fáctas spurcitiá patris!

5 Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'nequis lictorem
spurcum hominem liberum prehendere iussisse velit'.
|| Spurcum, vehemens, asperum. M. Tullius ad Caesarem
iuniorem lib. II (fr. 13): 'cum iter facerem ad Aquilam
Claternam tempestate spurcissima'. — Varro Eumenidi-
bus (153): 'nunc de te, inquit, meliusculam spem habeo,
10 qui rem spurcissimam gustare nolueris'. || Spurcum
significat obscenum et inpurum et lutulentum. Plautus
Asinaria (807):

tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit.

Pomponius Prostibulo (154):

quae peditibus núbere

15 póterant, equites spérant spurcae.

|| Spurcum etiam fetidum. Plautus Menaechmis (168):
nam éx isto locó spurcatur násum odore inútili.

Lucretius lib. VI (781):

deinde videre licet quam multae sint homini res
20 acriter infesto sensu spurcaeque gravisque.

7 Spur. v. asp.; 9 — 12 Varro nunc — hab.; 16 Spur. et. foet.

2 o indignum *Delrius* || 3 concordantes *Mu.*: et concordés
Both. || vires || 4 facias: *corr. Guietus* || 5 Spurcum, vile. Varro (?)
Mu. || nec quis *A⁴* || lectorem: *corr. Passerat.* || 8 facerent
Mu. || ad Aquilam *Gurlitt.*: ad (at) hi qui iam: ad Hirtium
Roth. || 9 laternam *B⁴* || 9 (Var.) — 10 (nol.) *post 11* (int.) *colloc.*
Quich. || 10 noluerim (*seq. s.*): *corr. Popma* || 12 puré *Scal.* ||
14 pedibus: *corr. Casaub. M S. ap. Me.* || 15 non pot. *Mu.* ||
17 nam ex istoc *codd. Pl.*: nec isto || inlutibili: *corr. Ritsch.*:
inlucido *codd. Pl.* || 19 sint *om.* || 20 infestu || spurcae (*om.*
que).

idem lib. VI (976):

at contra nobis caenum taeterrima cum sit
spurcities, eadem subus iucunda videtur.

Lucilius lib. XI (6):

praetor noster ad hoc quam spurcusc ore, quod omnis 25
extra castra, ut stercu', foras eiecit ad unum!

idem lib. XXVIII (60):

quaeque aspectu sunt spurca et odore.

siccvm dicitur aridum et sine umore. Vergilius lib.
V (180):

summa petit scopuli siccaque in rupe resedit. 30

|| Siccum, exercitum. Lucilius lib. XXVI (94):

cúm stadio in gymnásio in duplici córpus siccassém pila.

|| Siccum dicitur et sobrium, modicum. Plautus Asinaria
(857):

síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxime.

idem Pseudolo (184):

35

vino modo cupidae estis:
eo vos vestrosque adeo pantices || madefactatis, cum ego 1
sim hic siccus.

Cicero Academicorum lib. II (fr. 9): 'alius adultis,
alius valentibus, alius aegris, alius siccis, alius vinulentis'.

28—31 Lucil. quaeque—exerc.; 33 vel sobr.

21 idem eodem *Iun.*: item (*del.* lib. VI) *Mu.* || 23 spurcit...s *E*¹: -tiis *rell.* || eadem subus haec ciuunda (inunda) *codd.* *Lucr.*: idem subrutunda (-tenda *A*⁴) || 25 adhuc: *corr.* *Mu.* || quem *A*⁴ || spurcus: *corr.* *Me.*: sp. sit *Mu.* || 28 aspecto *D*⁴ || 30 resedit *E*¹ *D*⁴ (*cum B*): sedit *rell.* || 31 exercitatum *D*⁴ || 32 gymnasi cum st. in dupl. *Mu.* || pilas (*seq. s*): *corr.* *Ald.* || 33 modicum *Goetz.*: maditum *A*⁴: madidum *B*⁴: aditum *L*¹ || 35—36 *cf.* 500. 18 || 1 eo vos vestros panticesque adeo madefacitis (-fecistis) *codd.* *Pl.* || 2 alios ad.: (*corr. B*): alius pueris, al. ad. (?) *Mu.* || 3 val. *Quich.*: lentibus || eugris: (*corr. B*).

— Varro Cato vel de liberis educandis (27): 'Persae propter exercitationes puerilis modicas eo [se] consecuti
 5 corporis siccitatem, ut neque spuarent neque emungerentur sufflatove corpore essent'. || Siccum, firmum.
 M. Tullius de Senectute (34): 'nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem'.

SEGES est frumenti fructus. Vergilius Aen. lib. II (304):
 10 in segetem veluti cum flamma furentibus austris.

|| Segetem [terram. M. Tullius in Hortensio (24): 'ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant'.] etiam ipsam terram dicimus. Vergilius Georgicon lib. IV (129):

15 nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho.

et in Aen. lib. III (142):

arebant herbae et victum seges aegra negabat.

Plautus Aulularia (45):

tibi égo rationem réddam, stimulorúm seges?

20 id est, in qua stimuli eripi possunt. — Accius Oenomao (493):

forte ánte auroram, rádiorum ardentum índicem,
 cum sómno in segetem agréstis cornutós cient,

4—9 Varro propt.—fruct.; 11—13 Seg.—serant; 15—17 Virg. nec—neg.

4 (Var.)—6 (es.) *post* 6 (firm.) *colloc. Quich.* || 4 vel om. *A⁴* || 4 (eo)—5 *cf.* 481. 13 (s. v. emungerentur) || 4 eo se conse. *L A⁴ B⁴*: eam sunt conse. *Ald. anticipaverat scriba alteram syllabam verbi* || consui (-sueti) *codd. h. l.* || 5 spuarentur (esp. *A⁴*) *codd. h. l., fort. recte* || 7—8 (sit) *cf.* 246. 23 || 9 frum. ut fruct. *A⁴*: frum. et fruct. *D⁴* || 10 aus. incidit *Verg.* || 11 Seg. terr. *del. Quich. qui huc traiecit illa* (Segetem) eti. ips. terr. dic. (v. 13) || 11—12 *cf.* 401. 8 (s. v. subigere, mollire vel exercere): *seclusi (Rhein. Mus. LVII, 204)* || 13 Segetem eti. *B⁴* || 18—19 *cf.* 381. 12 || 20 stimulis *L¹* || seri poss. *Guetus* || 21 ferte (perte *L¹*): *corr. Turneb., Lips.* || ardentem: (*corr. P*) || 22 c. e som. *Lips.* || summo *A⁴*.

ut rōrulentas térras ferro † fidas
proscíndant glebasque árvo ex † molli éxcitent.

idem [in] Andromeda (115):

25

quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse
intélleges.

Lucilius Satyrarum lib. VII (28):

solam auram adversam segetem inmutasse satumque.

Varro 'Ἀλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας (22): 'etenim
quibus seges praebeat domum, escam, potionem, quid so
desideremus?'

SVMERE est accipere, tollere. Vergilius lib. V (533):
sume, pater.

Sallustius in Iugurtae Bello (71, 4): || 'epistulam
super caput in pulvino temere positam sumit'. — 1
M. Tullius de signis (in Verr. II, iv, 63): 'iste unum-
quodque vas sumere in manus, laudare, mirari'.

Lucilius lib. XXVIII (58):

.. omnia viscatís manibus leget; omnia,
crede mihi, presse auferet omnis † et ...

5

Plautus Aulularia (640):

nón equidem [ego quia] voluptáte sumsi néque tetigi.

|| Sumere, suscipere. Lucilius lib. XXVI (10):

húnc laborem súmas, laudem quí tibi ac fructúm ferat. 10

31 Sum.—toll.; 2—3 M. Tull. iste—man.; 9—10 Sum.—fer.

23 terram *A⁴* || fer. fumidas *Ribb.*: fort. fer. diffidas || 24 fort.
gl. quí aruo || mollito exc. *Mu.*: molli exsusc. *Fruterius ap.*
Gruter. V, 385 || 25 in om. *L¹B⁴* || 26 aut || obesse intellegis:
corr. Gulielm., Fruter. || 28 solem: (*corr. G*) || statumque: *corr. I.*
Dousa || 3 in man. sum. *codd. Cic.* || 4—5 (leg.) cf. 332. 40 ||
5 l. o. sumet *Bentin.* || 6 <omnia> cr. *Quich.* || pr. res auf. om.
Popma.: fort. pr. auf., omnia sumet || et del. *Mu.*: in v. 7 colloc.
edd. || 8 quia *A⁴E*: qua *L B⁴* || suam si *L* || non hercle equidem
quicquam sumpsit *codd. Pl.* || voluntate *Mu.* || 10 fructu *A⁴*
(non *B*).

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (8):
 'verum hoc loco sumo de verbis his eandem vim voluptatis'. || Sumere etiam significat eligere. Lucilius Satyrarum lib. III (47):

15 et spatium curando corpori honestum
 sumemus.

Plautus Aulularia (674):

Silvāni lucus éxtra murum est ávius,
 crebér salicto opplétus: ibi sumám locum.

Lucilius Satyrarum lib. X (7):

20 honorum est
 iudicium Crassis, sicut descripsimus ante.
 hoc est: quid sumam, quid non? in quoque locemus?

et lib. XIX (10):

sume diem, qui est visu' tibi pulcherrimus unus.

25 Sallustius in Iugurtae Bello (85, 10): 'scilicet ut
 in tanta re ignarus omnium trepide festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui'. — M. Tullius in Hortensio (48): 'quare velim dari mihi, Luculle, iubeas indicem tragicorum, ut sumam, qui forte mihi desunt'. || Sumere, conducere. M. Tullius de Officiis
 30 lib. III (89): 'quoad enim perventum est eo quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium'.

12—13 Sum. eti. elig.; 24 Lucil. sume—unus.

11—12 cf. 121. 24 || 12 de om. codd. 121 (cum codd. Cic.) || 14 -re || 17 silvam A⁴ || 18 crebro codd. Plaut. || salictu || sumam: (corr. H^s) || 20 bonorum est I. Dousa || 21 iudicum A⁴ || sicut Corpet: ut (praec. s) || describimus (descr. Cant.²): corr. I. Dousa || 22 quo quaeque loco res Mu. || 26 gnarus LA⁴ || trepidet codd. Sall. || festinat A⁴ || 27 nitorem LA⁴ || 28 Luc. — mihi om. A⁴ || si qui Orelli. || 29 desint Mu. || 30 perventum sit codd. Cic. || 31 navis codd. Cic.: vis.

SVFFERRE est sustinere. Vergilius [in] Aen. lib. II (491):

nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent.

Accius Myrmidonibus (17):

35

égo me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

|| Sufferre significat dedere vel subponere. Plautus
Casina (949): ||

íntro ad uxorém meam
súfferámque eí meúm térgum ob íníúriám?

1

idem Poenulo (855):

út enim ubi mihi vâpulandum sít tu corium súfferas.

Accius Nyctegresia (486):

5

aut égo illum eripiam aut illi poena súfferar.

Afranius Prodigio (272):

nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
aliquid sufferre gráce; inridet me ílico.

SVRGERE, crescere, augeri. Vergilius [in] Georg. 10
lib. I (161):

quís sine nec potuere seri nec surgere messis.

idem Aen. lib. IV (274):

Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
respice.

32—34 Sust.—val.; 37 Suff.—supp.

32 Sustinere est sufferre *A⁴ D⁴* || in *om.* *B⁴* (*cum E B*) ||
1 *eam Gerlach.* || 2 sufferamque ei *Me.*: sufferam quae (que) et
L B⁴: suff. et quae *A⁴* || 4 varulandum *A⁴* || sorium || 6 ut
ego (?) *Mu.* || ergo *A⁴* || ut *il.*: (*corr. B*) || sufferam: *corr. Mu.* ||
7 Sufferre, efferre. *Afr. Mu.* || Proditio *Quich.* || 8 (pudet it
ubi *G*) || 9 suffero: *corr. Both.* || 10 augere: *corr. Quich.* || in
om. A⁴.

- 15 || Surgere, erigi. Sallustius Historiarum lib. V (20):
 'sella surgere, caput aperire solitum'. — Terentius in
 Adelphis (520):

ut trídúo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.

Vergilius lib. VIII (68):

surgit et aetherii spectans orientia solis

20 lumina.

SACRVM est sacratum vel religiosum. Vergilius lib.
 VI (484):

Cererique sacrum Polyboeten.

et in lib. VII (247):

sceptrumque sacerque tias.

- 25 || Sacrum etiam scelestum et detestabile: ita et con-
 secratum. Afranius Fratriis (185):

ó sacrum scurram ét malum!

Plautus Poenulo (88):

vendít eas omnis, ét nutricem et vírgines,

- 30 praesénti argento — hómini, si leno ést homo,
 quantum hóminum terra sústinet, sacérrimo.

Vergilius (Aen. III, 57):

auri sacra fames.

Lucilius Satyrarum lib. XV (24):

- 35 ac de isto sacer ille tocoglyphos ac Syrophoenix
 quid facere est solitus?

21 Sacr.—rel.; 25 Sacr.—det.; 33 Virg. auri s. f.

15—16 cf. 236.19 || 16 surgere de sella (sylla) *codd.* 236 ||
 17 electum equeat *L* || 18 VIII *LA*⁴ || 19 aetheris *LA*⁴ ||
 22—23 *om.* *A*⁴ (*propter homoeotel.*) || 23 in *secl. Mu.* || 25 i. et c.
secl. Mu.: *post relig. (v. 21) colloc. Quich.* || 27 scurram *Ald.*:
 succurram (-uram) || 29 omnis] crinis || 30 praesens *codd. Pl.* ||
 31 hominus *A*⁴ || terras s. || 35 adde i. *Ald.* || istos s.: *corr.*
Turneb.) || ille (*Iun.*) tocoglyphos (*Roth.*) ac syrophoenix
(Iun., Turneb.) Mu.: illotocolfo saxsiro (*L cum G: saxiro A*⁴ *E*)
 fenix (phoenix *B*) || 36 quod (?) *Mu.*

Turpilius Demetrio (25):

etiám me inrides, péssime ac sacérrime?

idem Lindia (133):

abhinc triénnium 40
sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
lenó.

Varro Lege Maenia (240): 'signa tum sacra esse
desierunt, posteaquam homines sunt facti'. ||

SAVCII dicuntur proprie vulnerati, non maesti, sicuti 1
vult consuetudo. Accius Phoenissis (597):

obit nunc vestra moénia, omnis saúcios
convísit, ut curentur diligéntius.

Turpilius Epiclero (64):

patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium. 5

Sallustius Hist. lib. II (67): 'avidis itaque promptis
ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur'. — Vergilius
in Aen. lib. II (223):

qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus. 10

et lib. VII (500):

saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'itaque multis
civibus ex utraque parte sauciis, multis occisis fugatur'.

1—2 Sauc.—cons.; 7—8 Sall. ita pr.—sauc.

37—38 demetrius etiam *LA*⁴: demetrio sed (set) iam *B*⁴ ||
38 inridens (irr.): *corr. Iun.* || 41 sacerrimus *Both.* || 43 signa
tum *Lips.*: signati: signa *Vahlen.* || 44 sunt sacri *Mu.*: sunt f.
sacri *Fruter.* || 3 obit *Me.*: ubi || 6 patrocinate *A*⁴ || saucius
*LB*⁴: *om. A*⁴: *corr. Lips.* || 7—8 *cf. 553.25 (s. v. tragula)* ||
7 III *codd. 553* || a. itaque *scripsi (cf. Class. Rev. XVI, 48)*:
avidisque ita *codd. h. l.*: avidissimis atque *codd. 553*: a. atque
ita *Dietsch.* || 14 ex utr.—fug. *om. A*⁴.

- 15 SVPPlicivm dicebatur damnatio vel poena. Vergilius in Aen. lib. IV (382):

mediis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis.

- || Supplicium rursum supplicatio. Sallustius in Catilinae
20 Bello (9, 2): 'in suppliciis deorum magnifici'. — Accius Epigonis (298):

nunc pergam, ut suppliciis placans caelitum aras expleam.

Afranius Fratriis (170):

- nullam profecto accessi ad aram, quin deos
suppliciis, sumptu, votis, donis, precibus, plorans, obsecrans
25 nequiquam defetigarem.

SAMIVM est testeum. Lucilius Satyrarum lib. XIII (5):
et non, pauper utei, Samio curtoque catino.

- M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'oratio Laeli,
quam omnes habemus in manibus, quam simpua ponti-
ficum dis immortalibus grata sint Samiaeque, uti scribit,
30 capudines'. || Samium rursum acutum. unde et samiare
dicimus acuere, quod in Samo [insula] hoc genus artis
polleat. Lucilius Satyrarum lib. VII (21):

hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere eius,

- 1 testam sumit homo Samiam; ibi "anu noceo" || inquit;
praeceidit caulem testisque una amputat ambo.

15 Supp.—poe.; 19 Supp. r. supp.; 23—27 Afr. null.—cat.;
31—33 Samium—poll.

17 medii siq.: (corr. B) || 18 aus. L¹ || 19 rursus LB⁴ ||
20 epigono (-na B⁴): corr. Ald.: Erigona Me. || 22 pergamus
suppl.: (corr. B) || 24 vatis (atis D⁴): corr. Bongars. || 27 pauper
uti codd. v. 28: pauperitiae codd. h. v. || 28 M. Tullius de re-
publ. lib. III et non pauper uti oratio et in libro sexto laeli
(leli): restit. Iun. || testatur or. Mu. || 30 gratas instamiae quae
A⁴ || uti Halm.: ut hi: ut is Iun. || 31 cappudines: caped. Ald. ||
32 insula D⁴: om. rell. || 34 ulc.] lucilius A⁴ || scel. Iun.: cele
1 humo Dousa pater || atque ibi Mu.: tibi Baehrens. || an uno
telo: corr. Munro (Journ. Phil. VII, 14, 295) (cf. Gell. IV, 16, 6) ||
2 tetisquae A⁴.

SPERNERE, fastidire. Vergilius Aen. lib. IV (677):

comitemne sororem

sprevisti moriens?

5

Terentius in Andria (248):

tót modis contémtus, spretus! fácta, transacta ómnia.

|| Spernere rursum segregare. Ennius Hectoris Lytris (160):

mélius est virtúte ius: nam saépe virtutém mali
nánascuntur; iús atque aecum se á malis spernít procul. 10

SVBDVCERE, subputare. Terentius in Adelphis (855):

númquam ita quisquam béne subducta rátióne ad vitám fuit.

Lucilius lib. XXIX (79):

eodem uno hic modo [er]rationes subduceret suas.

M. Tullius in Hortensio (94): 'non et sine ea 15

cogitatione ineundis subducendisq[ue] rationibus'. — idem

de Finibus Bonorum et Malorum (II, 78): 'quí autem

esse potest, nisi te amor ipse ceperit? quod non sub-

ducta utilitatis ratione effici solet'. || Subducere est

subripere. Turpilius Lindia (150):

ego ínterim in turbá foras

20

subdúxi cum hac me.

Vergilius in Bucolicis (III, 6):

et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Terentius in Eunuchó (628):

... ubi prímum poterit, se illi subducét, scio.

25

19 Subd e. subr.; 23—25 Virg. et su.—scio.

7 quot *codd. Ter.* || 9 ius *Bentin.*: eius (*praec.* e) || 10 atque cum *L* || 11 Subdere *L A⁴* || 12 nuncquam *L¹ A⁴* || bene *om.* *A⁴* || 14 una *Mu.* || hi *B⁴* || errationes: rationes *l. v. Dousae, Ald.*: rationes omnes *Mu.*: rationes aeris (?) *Mu.* || subducent s. *Iun.*: fort. suas subduceret (-ent) || 15 nam et (?) *Mu.*: nonne et (?) *Plasberg.* || 18 potes *Me.*: poteris *codd. Cic.* || a. i. c.] amori (-re *B⁴*) praeceperit || 19—21 cf. 352. 22 || 23 (et l. s. a.) cf. 331. 24 || 25 potuerit || illim *Quich.*: illinc *codd. Ter.*

Lucilius lib. XXX (126):

neu qui te ignaro famuli subducere.

M. Tullius in Hortensio (64): 'an, cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducatur?'
 30 || Subducere etiam susum ducere, levare. Turpilius Paraterusa (167):

cum antehac videbam stare tristis, turbido vultu, subductis cum superciliis senes.

Varro *Εὐρεν ἡ λοπαὶς τὸ πῶμα, περὶ καθηκόντων* (167):
 35 ego unus scilicet

antiquorum hominum subductis superciliis dicam: γαμήσω νοῦν ἔχων;

1 Sallustius in Iug. (98, 4): || 'dein cunctos pleno gradu in collem subducit'. — Vergilius in Bucolicis (IX, 7):
 qua se subducere colles

incipiunt.

5 M. Tullius de Officiis lib. III (49): 'huic ille classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse'. — Plautus in Aulularia (365):

ut in puteo cenam coquant.
 inde coctam sursum subducemus corbulis.

10 STUPIDVS est obstupefactus. || Stupidus, stultus et inicus. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* (406): 'Andromeda vincata et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuerere vitam †?'

31 Subd.—vel lev.; 35—36 Varro ego—superc.; 8—11 Plaut. ut—ini.

27 ignoro: corr. Gerlach. || famulis s.: (corr. Cant.) || s. possint (-sent) Quich. || 31 vel l. D^A (cum B) || 34 καθηκόντων A^A: καθηκόντων L: γεγαμηκόντων Iun. (cf. 'Non. Marc.' p. 107) || 36 hominem A^A D^A || 37 ταμησιο: corr. Oehler. || γαμήσεις Meinek. || ροννεχων L¹ B^A: ροιννεχων A^A L² || 2—4 cf. 347. 4 || 6 esse 8 coquam (quo.) || 9 corbulis om. A^A D^A || 12 ceto Iun.: cito patri Iun.: pari || expuere L A^A || vitam del. Duentzer.: ultro (?) Mu.

SVSPICERE, [est] susum aspicere. Vergilius lib. I
(Aen., 438):

et fastigia suspicit urbis.

Varro Agathone (12): 'et pueri in aedibus saepius 15
pedibus offensant, dum recentes, musteos in carnario fluitare
suspiciunt'. || Suspiciere est suspectum habere. Sallustius
in Iug. (70, 1): 'per idem tempus Bomilcar, cuius in-
pulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat,
suspectus regi et eum suspiciens, novas res cupere, ad 20
perniciem eius dolum quaerere'. — Vergilius in Aen.
lib. II (36):

suspectaque dona
praecipitare iubet.

et Cicero in Oratore (145): 'quod prudentia homini-
bus grata est, lingua suspecta'. 25

SVBIGERE, acuere. Vergilius lib. VII (627):

subiguntque in cote secures.

|| Subigere, exercere, mollire. Cicero de Orat. lib. II (131):
'subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato,
sed novato et iterato'. || Subigere est superare et sub 30
dicione habere. Vergilius in Aen. lib. I (266):

ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.

26—27 Sub.—sec.; 28 Sub. ex. moll.; 30—31 Sub. etiam
sup.—hab.

13 est om. A⁴ || 14 (suscipit Gen.) || 16 offensum A⁴ || re-
centes del. Forcellinus s. v. 'musteus' || museos A⁴ || fluitantes
Laurenberg. || 17 suspiciunt * * * Mu. || ut pu. in aedibus |
saepius pedes off., dum rec., musteas | in carnario fluitantes
susp. succidias (?) Mu. || 18 iugurta A⁴: iugurtae L¹: iugurthae
(-tae) bello B⁴ || 20 suspiciens L¹A⁴ || et ipse eum susp. codd.
Sall. || ac p. || 21 in om. E (cum B) || 23 iubent Verg. || 24 et
secl. Mu. || de or. || quo || 25 gratis A⁴ || 27 cute L¹A⁴ ||
28—29 post 401. 3 (ex.) colloc. Mu. (del. Sub. ex. moll.): fort.
secludend. || 31 ducione L¹: ducioni A⁴ || 32 transierunt L A⁴.

Sisenna Hist. lib. IV (96): 'terrore perturbatam multitudinem subigunt'. || Subigere, exarare. M. Tullius
 1 de Senectute (59): 'cum autem admiraretur || Lysander proceritatem arborum et directos ordines et humum subactam atque puram'. || Subigere, mollire vel exercere.

Vergilius Georg. lib. II (50):

aut scrobibus mandet mutata subactis.

5 Lucilius lib. XXX (61):

an ego te equam atque animosam
 Thessalam et indomitam frenis subigam ante domemque?

M. Tullius in Hortensio (24): 'ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant'. —
 10 et de Senectute (51): 'sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat: quae cum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit'. — Varro Sesqueulixe (477): 'antequam militia subactus aliquot annis erat'. || Subigere, cogere. Vergilius in Georg. lib. III (217):

et saepe superbos
 15 cornibus inter se subigit decernere amantis.

et lib. VI (567):

castigatque auditque dolos subigitque fateri.

33—34 Sis. terr.—subigunt; 13 Sub. cogere; 17 Virg. cast.—fat.

34 Sub. est (*suprascr. Gen.*) superare *A⁴* (*pro* Sub. ecsarare?) || 2 et proceritates *Cic.* || directos in quincuncem ord. *codd. Cic.* || et hominum et *A⁴* || 3 -icere *LA⁴* || 6 an e. te acuum: an equam te acrem *Turneb.* || 6(atq.)—7 *cf. 233. 38* (*s. v. animosi*) || 7 subigantque domentque *codd. 233* || 8—9 *cf. 395. 11* (*s. v. segetem, terram*) || 8 segetis || 9 patris *A⁴* || 10 ac sub. *codd. Cic.* || 12 (*sp. s. ex.*) *cf. 42. 12* || spassum *L¹A⁴* || 13 antequa *Mu.* || mil. *Me.*: mitia || 15 *cf. 285. 34* || c. i. se subigitque fateri lucilius amantis *A⁴* (*non B*) (*cf. vv. 17, 18*) || 16—17 *cf. 251. 34* || 17 castigat (*om. que*) *B⁴*.

Lucilius lib. XXX (63):

tune iugo iungas me ante et succedere aratro
invitum et glebas subigas proscindere ferro? 20

Plautus Mercatore (204):

mfrum quin me subigitaret.

svmmvm significat quod omnibus sit altius. Vergilius
in Aen. lib. IV (168):

summoque ulularunt vertice nymphae. 25

idem lib. XII (492):

apicem tamen incita summum
hasta tulit summasque excussit vertice cristas.

|| Summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I (10):
.. '«summam acuam attingens enectus siti» 30

Tantalus'. || Summum, extremum. Vergilius Aen. lib. II (324):
venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

Lucilius lib. XXVI (36):

squalitate summa, scabie summa in aerumna obrutam. 35

M. Tullius in Hortensio (79): 'vixit ad summam
senectutem optuma valitudine'. || Summum, gloriosum,
laudabile. Vergilius lib. IX (199):

mene igitur socium || summis adiungere rebus, 1
Nise, fugis?

23—25 Sum.—nym.; 29—32 Sum.—temp.; 37—38 Sum.
gl. laud.

19 iugo iugans *A*⁴ || apte *Mu.* || 20 invitam *Gulielm.* ||
22 quid || 27 incita] in *A*⁴ || 28 fulit (*Gen.*) vel tulit (*B*) *A*⁴ ||
excussit *Verg.*: exti *B*⁴: extra *A*⁴ || a. t. incita vertice cristas
(*om. rell.*) *L* || 30 s. quam *L*¹*A*⁴ || adtinget (att.) (-it *D*⁴) ||
senextus *L*¹*A*⁴ || 31 tantulus *A*⁴ (*non B*) || 34—35 cf. 126. 3;
226. 8 (s. v. squalor, fem.) || 35 isculitate || ac scabie *codd.* 126 ||
summam er. *L*¹*A*⁴: summam in er. (aer.) *B*⁴ || 36 summam *om.*
*A*⁴ || 38 VIII: (*corr. B et fort. E*¹) || 1 adiunge: *corr. E* (*cum B*) ||
2 fugeris *L*¹*A*⁴ (*fungeris Gen.*¹: fugis *B*).

Ennius *Andromacha Aechmalo*. (63):

annos mŭltos longinque áb domo,
6 bellŭm gerentes sŭmmum summa indŭstria.

SPECTARE, dirigi. Lucilius lib. XXX (86):

quid sibi vult? quare fit ut introvorsus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

M. Tullius de Officiis lib. III (90): 'ad extremum,
10 si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem
anteponet saluti patris'. || Spectare est videre. Vergilius
in Georg. lib. I (158):

heu! magnum alterius frustra spectabis acervum.

Lucretius lib. II (2):

e terra magnum alterius spectare laborem.

15 Vergilius lib. XII (15):

sedeant spectentque Latini.

M. Tullius in Hortensio (53): 'caeli signorum ad-
mirabilem ordinem insatiabilemque pulcritudinem magis
spectat'. || Spectare, inspicere, cavere. Plautus in
Asinaria (778):

20 spectándum ne cui ánulum det néque roget.

|| Spectare, probare. Cicero *Tusculanarum* lib. V (31):
'non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt'.

11—12 Spec.—acer.; 17—19 M. Tull. cae.—insp.; 21—22
vel prob.—sunt.

3—5 cf. 515. 13 (s. v. longinque) || 3 andromaca haec malo
(cf. 'Non. Marc.' p. 116) || 4 longinque *codd. h. l.* || 5 s. summam
ind. A⁴ || 6 dirigere: *corr. Quich.* || 6—8 cf. 303. 18 (s. v. ferre) ||
7 intravorsus aetate *codd. h. l.* || 8 ferent L¹ || sed omnia (*corr.*
P¹) *codd. h. l.* || 10 patris (patri LG) respectabit (-vit B⁴) ||
11 anteponam et || 14 et terrae || 15—16 *secl. (?) Mu.* || 19 cavere
secl. Mu. || 19—20 cf. 383. 1 || 20 ne cui anulum (B) vel nec
via nullum (*Gen.*) A⁴ || 22 expectandi L.

Terentius prologo Andriae (27):
spectandae an exigendae sint vobis prius.

Vergilius lib. VIII (150):

25

sunt nobis fortia bello
pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.

M. Tullius de Officiis lib. II (45): 'qui simul ac iuvenis esse coeperunt, magna spectare atque ad ea rectis studiis debent contendere'. — Varro *Γνωθι σεαυτόν* (208): 30
'qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus, sed etiam imitemur'.

STRINGERE, percutere. Vergilius [in Aen.] lib. IX (294):
atque animum patriae strinxit pietatis imago.

|| Stringere, nudare vel exerere. Vergilius in Aen. lib. 35
X (577):

strictum rotat acer Lucagus ensem.

|| Stringere, || rarefacere, excidere. Vergilius in Bucolicis (IX, 60):

hic ubi densas
agricolae stringunt frondes.

et in Georg. lib. II (368):

tunc stringe comas, tunc brachia tonde. 5

|| Stringere, decerpere. Vergilius in Georg. lib. I (305):
sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus
et lauri bacas.

31—32 Varro qui—invit.; 35—1 Str.—Str. exc. vel decerpere; 2—3 Virg. hic—fron.

23—24 cf. 291. 1 || 24 spectandae an exigendi A4: expectande an exigendi L: spectandi an exigendi B4 || sunt codd. h. l.: corr. Gen.^s || 26 fortia E¹ (cum B): forti rell. || 28 i (hi) simul Cic. || 29 et ad codd. Cic. || 32 invitetur D4 || 33 in Aen. om. A4 || X || 35 exercere A4 || 36 ensum L¹A4 (-im?) || 5 tunde L44.

Varro de Re Rustica lib. I (55, 1): 'quod non solum
10 stringit bacam, sed etiam ramos glubit'. || Stringere,
radere, celeriter praeterire. Vergilius lib. VIII (62):

ego sum, pleno quem flumine cernis
stringentem ripas.

|| Stringere, vulnerare. Vergilius lib. IX (576):

15 hunc primo levis asta Themillae
strinxerat.

SVCOEDERE dicitur in alterius locum venire. Vergilius
lib. X (439):

interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum.

20 M. Tullius de Officiis lib. III (76): 'at qui quodam
veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum
ipse succedat?' || Succedere, ingredi. Vergilius lib.
VIII (123):

et nostris succede penatibus, hospes.

Afranius Excepto (153):

25 audíte, pueri, paúca; vos succédite.

SVBIT, in memoriam reducitur. Vergilius in Aen.
lib. II (562; 652):

subiit deserta Creusa
Ascaniusque omnisque domus.

17—19 Succ.—Turnum; 22—23 Succ.—hospes; 26—28
Sub.—Asc.

